

# Johannes Cochläus an König Heinrich VIII. von England und Thomas Morus.

Von P. John. H. Pollen S. J.

Die folgenden eigenhändigen Briefe von Cochläus befinden sich im Archiv des englischen Kollegs zu Rom. (Scrittura 6. N. 4). Ueber ihre Herkunft lässt sich nichts sicheres sagen; nur geht aus den alten Registern des Archivs hervor, dass das Kolleg ehemals reich war an Handschriften von Pole, More und anderen Zeitgenossen, die aber in den Wirren des letzten Jahrhunderts abhanden kamen. Zur Erläuterung der beiden Briefe hat mir das jüngst erschienene Lebensbild des Joh. Cochläus von Dr. Martin Spahn vorzügliche Dienste geleistet. Die Bibliotheken Roms, namentlich die Vaticana, Angelica und Casanatense, besitzen eine reiche Cochläus-Litteratur; aber was dort in beinahe 200 Werken zerstreut liegt, bietet das Buch Spahns in klarer und erschöpfender Darstellung vereinigt.

## I.

*Cochläus an Heinrich VIII. von England. Dresden, 26. Aug. 1529.*

Vor vier Jahren habe C. den König darauf aufmerksam gemacht, dass [Tyndal] im geheimen sein Neues Testament englisch drucke. Er habe ihm auch den neu herausgegebenen Kommentar zur Apocalypse von Ruprecht von Deutz gewidmet und zugeschickt; More aber habe ihm versichert, dass der König nichts von alle dem gehört habe. C. Antwort auf Luthers *Captivitas Babylonica* sei von feindlich gesinnten Buchdruckern zurückgehalten worden. Jetzt sende er ihm die *Antiqua Regum Gothicae gentis rescripta*. Einzelheiten über seine anderen englischen Gönner, über Murner in der Schweiz und über Luthers Ansturm gegen Herzog Georg von Sachsen.

Ueber das Leitmotiv dieses Briefes, das Streben des Cochläus, Heinrich VIII. für schriftstellerische Thätigkeit gegen Luther zu interessieren, s. Spahn S. 144.

*Serenissime Princeps, Rex armis juxta literisque Insignis.*

Domine Clementissime. Si per clementiam tuam phas est, tantum Regem ab homine plebeio salutari, maiestatem tuam supplex puro corde animoque non ficto devote saluto, veniamque huic ausui meo precor. Et ne longis importunius obstrepam ineptijs, mentem meam paucis accipe. Jam quartus labitur annus, posteaquam privatim ad Ma. T. ex Colonia Agrippina scripsi de novo Testamento, a Luthero depravato, et ab Apostatis Anglis in linguam patriam traducto Chalcographisque tradito, ut clam in Angliam importarentur mox primo conatu exemplariorum tria milia.<sup>1</sup> Deinde paulo post publice nuncupavi eidem Ma T. XII libros Ruperti Tuitiensis in Apocalipsim,<sup>2</sup> quibus adiunxi etiam alia quaedam illius opuscula, quae omnia in unum volumen compacta transmisi per quendam Ma.<sup>ti</sup> T. bene notum. Sed ultra biennium post haesitavi, num aliquid meorum Ma.<sup>ti</sup> T. unquam sit redditum, donec ex Mag.<sup>co</sup> Angliae Barone D. Tho. Moro Aconsilij Ma. T. intellexi tandem, nihil redditum esse.

Scripseram etiam in Cap. Babylonicam tres libros de Eucharistia, eodem (ni fallor) tempore quo scripsit Ma. T. Nempe priusquam Vuormaciam in Caesaris conspectum venisset Lutherus. Quos certe post aeditam Assertionem tuam, nomine tuo nuncupatos aediturus eram, ad hoc sane potissimum, ut Catholici intelligerent, quam bene consonet verum vero ubique, duce Spiritu Sancto, Ecclesiae Paraclito, qui eandem veritatem Anglo et Germano, Regi et Plebio, sese mutuo ignorantibus, caelesti afflatu suggesserit, absque gentium aut personarum acceptione, nisi quod rem eandem eruditius, magnificentiusque ac efficacius explicare voluit per Nobilissimum Regem Angliae quam per ignobilem homuncionem Germaniae. Perfidia vero et improbitas chalcographorum nostratum opusculum illud meum, licet publice admissum a Censoribus et quidem Argentinae, ante annos quinque, in angulo latitare coëgit, ne Assertioni Regiae astipulari videretur.<sup>3</sup> Et tantum de praeteritis.

<sup>1</sup> Die Geschichte wird ausführlich gegeben in Spahn S. 123. Vgl. Reusch, *Index I*, S. 93.

<sup>2</sup> *Ruperti Abbatis... Commentariorum in Apocalypsim Joannis libri XII*, Coloniam [9 März] 1526. Siehe C. Otto, *Johannes Cochlaeus, der Humanist*, Breslau, 1874. S. 164. Spahn, S. 348. Nr. 39.

<sup>3</sup> Der hier angegebene Grund für das Nichterscheinen dieses „seines ersten grösseren Werkes gegen Luther“ (Spahn 78) scheint bisher unbekannt zu sein. Im Jahre 1549, als Cochläus den *Catalogus eorum quae contra novas sectas scrip-*

Nunc vero D. Tho. Mori literis animatus, quaedam Rescripta Regum Gothicae gentis, ex epistolis Cassiodori collecta,<sup>1</sup> illustrissimae Celsitudini tuae inscripsi, supplici nimirum voto preceque devota, ut Sereniss. Ma. T. audaculam hanc meam opellam clementer in bonam partem accipiat. Id si fecerit bonam certe operam navabo, ut posthac iustum aliquod volumen Gloriam tuam inscribam. Romanorum Consulum seriem ex eodem Cassiodoro nuncupavi D. Th. Moro,<sup>2</sup> quem Mat.<sup>ti</sup> T. charissimum esse non dubito. Sed et alijs quibusdam Anglis, qui regia beneficentia tua sublimati, in me pauperculum benefici fuerunt, nonnullos inscripsi libellos,<sup>3</sup> non ob aliud sane quam graditudinis ergo: licet longe indoctior sim, quam ut tantis viris ob eruditionem placere queam. Sed bonitas eorum non rem, sed animum conatumque meum spectabit. Quod ut tua quoque Ma. faciat, supplici devotione oro et obsecro. Bene vale, Rex florentissime, Princeps fortunatissime, Domine clementissime, et hanc temeritatem meam condona bonitati Mag.<sup>ci</sup> Patroni mei D. Tho. Mori, cuius virtutes plurimas vehementer amo et suspicio. Ex Dresda Misnae ad Albim. VII Calendas septembris anno domini M. D. XXIX Ma.<sup>ti</sup> T. Clementiss.

Devote addictus ex animo  
licet nimis indignus Capellanus  
Joannes Cochlaeus.

De tumultu apud Helvetios utcumque sedato, credo Ma.<sup>tem</sup> T. iam dudum a D. Erasmo Roterodamo aut a proprijs oratoribus certiozem factam. Tho. Murnerus, quem multis olim beneficijs ornavit Ma. T., in summo est (si literae non fallunt) discrimine. Vereor equidem, ne in noxam dedatur Tigurinis et Bernensibus, quorum sacrilegia detestatus est.

Illust. Princeps et Dominus meus Saxoniae Dux Georgius

sil herausgab, standen *In Babylonem Lutheri Apologiae libri tres* (sic) noch in der Reihe der *Opuscula scripta et nondum aedita* (Bl. Biiijb.) Vgl. Spahn, S. 77 Anm. 5 und S. 78 Anm. 1. Aehnliche Klagen zu den obigen bei Friedensburg *Zeitschrift für Kirchengeschichte* XVIII, 1898, S. 233 f.

<sup>1</sup> *Antiqua Regum Italiae Gothicae Gentis rescripta ex 12 libris Epistolarum Cassiodori ad Eutharicum per Joannem Cochlaeum Romae quondam excerpta* \* M. D. XXIX. Bibliotheca Angelica B, 1, 15.

<sup>2</sup> *Cassiodori Patritii Romani, Consulum Romanorum Catalogus*. Die Widmung (Mainz, 11. November, 1528) an Thomas More war von Erasmus verbessert. Erasmi *Opera* (Ed. 1703) Tomus 3, p. 2, col 1740. More's Antwort wurde später von Cochläus selber gedruckt. Er sagte: „Multa prorsus cum animi voluptate legi. Cuiusmodi fragmenta ubicumque nactus sum exosculari soleo. Tantum abest ut fastidium.“ (Epistola Nicolai I. Bl. Ddj).

<sup>3</sup> Z. B. Nicolaus West, Bischof von Ely, Kardinal Wolsey, Robert Ridley, Cuthbert Tunstall, John Fisher. Otto 162, 163, 165, 172.

proprium ad Ma. T. destinavit oratorem, ex quo planissime intelliget Ma. T., quam durum et diuturnum nobis Catholicis bellum sit contra sectas novas, quarum confidentia fretus Lutherus in meum quoque Principem, licet vicinum et ipsius protectori sanguine proximium, multis conviciorum plaustris invehī non veretur. Sed fortior est Dominus meus, quam ut timeat vel Lutheri convicia vel eius protectoris arma.<sup>1</sup>

[A tergo] = Invictissimo Principi ac Domino, Domino Henrico, huius nominis Octavo, Angliae et Franciae Regi, Hybēriae Domino ac fidei catholicae Defensori, Domino suo clementissimo.

## II.

*Cochlaeus an Thomas More. Dresden, 29. Juni 1531.*

C. schickt ein Büchlein, More gewidmet, berichtet über seine *Summa totius Evangelii Lutheri* und seine deutschen Schriften. Er beginne seine *Philippica* gegen Melanchton. Deutschland liege im Argen, und die Buchdrucker seien so feindlich gesinnt, dass es schwieriger sei, ein Buch herauszugeben als zu schreiben. Er bittet um Hilfe von Seiten der englischen Bischöfe, an die More ihn empfehlen möge; von den deutschen Bischöfen sei nichts zu erhoffen. Empfiehlt seinen Neffen und sendet ihm eine Erasmus-Medaille.

Für den Hauptpunkt in diesem Brief, den Uebergang von dem Streit gegen Luther zur Polemik gegen Melanchton, vgl. Spahn S. 163—173.

Inclyte ac Mag.<sup>ce</sup> Domine Cancellarie, Patrone omnium Charissime.

S. Ad proximas literas Mag.<sup>ae</sup> T. mense Novembri datas,<sup>2</sup> iam pridem privatim respondi. Respondi et publice nuper in libello parvulo,<sup>3</sup> quem nunc Mag.<sup>ae</sup> T. transmittō, supplici sane cum prece, ut aequo animo accipias. Minime quidem dignus est libellus (quem raptim, quia subito edendus erat in nundinis Lipsensibus, ex Teu-

<sup>1</sup> Der Gesandte war aber möglicher Weise nie geschickt; wenigstens in der grossen Sammlung der State Papers finde ich keine Spur von ihm. Ueber den Streit zwischen Herzog Georg und Luther, s. Spahn S. 148.

<sup>2</sup> Wahrscheinlich der von Cochläus später gedruckte Brief (Epistola Nicolai primi. Bl. Ddij), worin More seinen Dank ausspricht für Briefe und Commentarii de rebus factis auf dem Reichstag zu Augsburg.

<sup>3</sup> *Fidelis et Pacifica Commonitio Johannis Cochlaei contra infidelem et seditiosam Commonitionem Marl. Lutheri ad Germanos.* Die Widmung (Dresden, 26 April 1531) lautet: Magnifico viro inclyto Angliae Baroni, Dno Thomae Moro. Ueber die libelli Teuthonici siehe unten.

thonico transtuli, propter Anglos praecipue et propter Cardinalem Campegiū) ut nomini tuo tam celebri et tanta dignitate praefulgenti nuncupetur. Feci tamen id bona profecto intentione, ut christianum illum pectoris tui candorem (quo et pacem ecclesiae tam pie desyderas et humilitatem meam in tanto dignitatis vertice constitutus non despicias aulico fastu nec dedignaris responso) collaudent apud nos omnes Lutherani iuxta et Catholici. Spero enim nihil in praefatiuncula illa esse, quod ullus hominum iure possit in te cavillari.<sup>1</sup> Si quid imprudens ibi admisi, quod vel Mag.<sup>m</sup> T. vel quemvis alium iure offendere queat, suppliciter abs te veniam praecor, quia ex ignorantia factum sit oportet, quum nihil tale intenderim.

Decreveram apud me, nihil amplius in Lutherum scribere, nisi summam quandam totius Evangelij eius, quam sane in tres discrevi partes, quarum una historiam iuxta annorum seriem contexeret, altera eius dogmata, tertia eius sermones populares complecteretur, ut futuro Concilio (quod Augustae promiserat Caesar) possim quodam compendio, ad redimendam longi temporis disquisitionem, summam quandam omnium nequiciarum impietatumque et errorum Lutheranae sectae exhibere.<sup>2</sup> Verum quum pars adversa non quiescat, cogor et ego (maxime cum perpauca iam sint ex parte nostra qui scribant) illorum malitiae utcunque occurrere, praesertim vero Teuthonicis libellis, quibus illi potissimum utuntur. Scripsi itaque a reditu ex Augusta contra Consulationem Electoris Saxoniae, ad quam [!] Consilium scripsit Lutherus cum Melanchthone et Pomerano. Huic multa alia adieci Teuthonice contra novos subinde conatus eorum<sup>3</sup>, et non ego solus, sed etiam magni quidam hic, sub alieno (propter amarulentias Luteri subterfugiendas) nomine, reddunt fortiter conciviorum talionem Luthero.

<sup>1</sup> Diese dunkle Verweisung bezieht sich wahrscheinlich auf die Gefahr, die jedem Widerspruch gegen die Ehescheidung des Königs folgte. Daran konnte schon keiner zweifeln, obgleich niemand bis dahin voraussehen mochte, wie gross diese Gefahr eines Tages sein sollte wie für More so für Cochläus selbst (Spahn S. 250). Cochläus hatte sich bereits dagegen ausgesprochen (das. S. 186), und wie wenig die Praefatiuncula die Sache berührte, konnte sie leicht dem Angeredeten schaden.

<sup>2</sup> Dies wird wohl die erste Nachricht sein über Entwurf und Anfang des „bedeutsamsten“ (Spahn 312) Werkes von Cochläus. Die Behauptung: „Cochläus begann die Commentaria de actis u. s. w. in der zweiten Hälfte des Sommers 1534“ (Spahn 237), sollte also hiernach verbessert werden.

<sup>3</sup> Cochläus scheint auf den Sammelband zu verweisen, dessen ausführlicher Titel in Spahns Verzeichnis zu lesen ist Numero 77 (Ratschlag Martin Luthers an Churfürsten von Sachssen, Erklärung desselben durch Herrn Paulum Abbt der alten Gzell, u. s. w.). Unter die „multa alia Theuthonice“ müssen gerechnet werden Nr. 76 (Antwort auf Luthers Sendtbrief) Nr. 79 (Warnung wider die Warnung Luthers), Nr. 81 (Bockspiel Luthers).

Caeterum Confessionem et Apologiam suam nuper edidit Phil. Melanchthon tum Latine, tum Teuthonice, tanto sane nocentio-rem, quanto est et rationibus densior et verbis modestior, quam libri sunt Lutherici. Rogant itaque me plerique, ut ei primo quoque tempore respondeam; ego vero maxime timeo, ne multos pervertat, etiam in Aulis Regum, antequam posset parari responsio. Deinde tota fere Germania in maligno posita est, maxime quantum ad chalcographos et bibliopolas attinet, qui Lutherani sunt fere omnes. Difficile igitur et dispendiosum nobis est cum eis commercium. Licet eorum opera carere non possimus, sed ipsi eam nobis quam malignissime locant adeo, ut nescimus, num in scribendo maior nobis difficultas sit, an potius in edendo. Nostri episcopi more suo antiquo minus de literis quam de principatu curant et in proventibus consuetis magnum per Lutheri criminationes patiuntur detrimentum. Nisi igitur aliunde superveniat aliquod subsidij, frustra scripserim, quia aedere non poterō. Evangelium sane Lutheri bene prolixum erit, sed et de matrimonio X quaestiones, et de Oratione et modo orandi duos libros Teuthonice scripsi,<sup>1</sup> haud ita paruo labore, et utrunque opusculum, dato aliquo ocio, in latinum versurus essem, siquae esset edendi spes. Nunc instant multi, ut Phil. Melanchthonj respondeam. Quod sane perquam necessarium videtur. Utinam Rosseus vester<sup>2</sup> aut R. D. Episcopus Roffensis hunc Rhetorem digne pro meritis excipiat. Certe Rosseus et stilo et ingenio longe superior videtur illo. Ego tamen interim curabo, ut Philipicas in eum scribam, nec dubito mihi satis fore argumentorum, si comptior quoque stilus et promptius adesset ingenium. A Mag.<sup>a</sup> T. nihil prorsus peto, nisi gratiam et fauorem antiquum, quo poteris uno verbo citra incommodum tuum commendare me vel Regiae M.<sup>ti</sup> vel Episcopis opulentis, quibus non sunt liberi, sicut ex Dei dono sunt Mag.<sup>ae</sup> T., ut tenuitatem meam in onere impensarum pio aliquo subsidio relevent, praesertim si indictum fuerit Generale Concilium, ut possim exhibere descriptionem trium partium Evangelij Lutherici.

<sup>1</sup> Die Schrift *De Oratione et modo orandi Libri duo teuthonice*, wird weder unter die *inaedita* gerechnet (Catalogus Bl. Bv.) noch ist sie mit diesem Titel aufzufinden unter den herausgegebenen Werken. Wahrscheinlich also war sie unter einer anderen Form publiciert. Die Schrift *De matrimonio X quaestiones*, blieb ebenfalls unter den *inaedita* (Catalogus Bl. Bb). Dagegen *De matrimonio sex quaestiones... theutonice*, erschien 1534. (das. Bl. Biiiib; Spahn S. 356. Nr. 98). Spahn vermuthet, dass die *sex quaestiones* ein Theil der *decem quaestiones* waren. S. 167. Anm. 3.

<sup>2</sup> Hier ist wohl gemeint Guilelmi Rossei, *Opus elegans, doctum, festivum pium, quo pulcherrime retegit ac refellit insanas Lutheri calumnias, quibus Henricum VIII. insectatur*. Londini 1523. Dieses Buch aber wird More selbst zugeschrieben unter dem Pseudonym Rosseus. Ob Cochläus dieses nicht wusste, oder vielleicht den Unwissenden spielen wollte, ist mir nicht klar.

Lator praesentium quinque sorores et fratrem unum habet, omnes orphani, sine patre et matre, liberi sororis meae,<sup>1</sup> quibus me patris vice esse oportet. E quibus sane tres Virgines iam pridem nubiles existunt, quarum seniore nuper despondi quidem, sed anxie cogito, quomodo colloquem honeste, quia nuptiae sine impensis fieri non possunt. Ignosce obsecro mihi, qui prolixis nugis literarum et grandi novitatum fasciculo Mag.<sup>am</sup> T. gravare non cesso. Ignosce praecor. Non enim peto, ut Mag.<sup>a</sup> T. in ijs prolixius occupetur, sed ut per M. T. alijs, quibus plus ocij est, communicentur. Maxime vero commendo pietati tuae hunc nepotem meum, ut isthic in famulatu aliquo permanere queat. Posset profecto cum tempore Mag.<sup>ae</sup> T. usui fore in scribendo, posteaquam linguam vestram scribendique stylum melius acceperit. Mihi enim ad scribendum non admodum indocilis nec adeo piger aut imbecillus videtur. Quamobrem si omnino redundum est illi, qui tamen in Anglia permanere mallet, fac obsecro, ut non quidem ex te, sed aliunde per te, aliquod secum afferat, unde possim in studia illi sumptus ministrare. Nunc enim alijs gravor necessitatibus. Caeterum eorum quos mitto, catalogum scilicet mitto, si forte ex omnibus unum reperias quod legere libeat. Mitto et argenteum nummum, in quo non praecium sed memoriale, ames [!], nempe singularis amici tui D. Erasmi Imaginem. Aurum quod mittam non habeo, nec posset aurum nostrum vestro honeste conferri. Bene valeat Amplitudo tua, Dignissime et Amplissime Domine Cancellarie et prolixioribus da veniam ineptijs meis, quas profusor [!] charitas intempestivius effudit, et longius quam par est extendit.

Ex Dresda III. Calendas Julias 1531.

E. Mag.<sup>ae</sup> T.

Tota cordis devotione deditus  
Clientulus Joannes Cochlaeus.

---

<sup>1</sup> Ueber diesen Neffen (wahrscheinlich war es Georg Baur) schreibt Cochläus folgenden Tages an Nausea: „Hinc properanter ire coactus est.“ (Epistolarum Miscellaneorum libri X, S. 115). Andere Einzelheiten bei Otto S. 189, Spahn, S. 337 Anm. 2. Für seine andere Reisen nach England in 1532 und 1534: Epistola Nicolai primi Bl. Ddij, und Friedensburg S. 235, 249, 253, 261.